D. MATHIÆ
LAGVNEZ,
REGII QVITENSIS PRÆTORII SENATORIS.

TRACTATVS DE FRVCTIBVS.

PARS SECVNDA.

Ex libris [illegible] Didaci Eclapes

R-762

TRACTATVS DE FRVCTIBVS,

PARS SECVNDA.

In quà agitur de aliquibus differentijs inter noſtrum verbum *Fructus*, & ſimilia verba, aut emolumenta: & inter ipſas res principales.

[…] MVRCIA

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Differentia inter verbum *Fructus* & alia ſimilia verba, ſub quorum appellatione etiam fructus veniunt, vt ſunt fruges, triticum, frumentum, Bladum, & legumina, & quæ fructuum ſpecies ſub cuiuslibet horum verborum nomine veniant, y ad aliqua notabilia in praxi plene diſputatur, & ad pragmaticas, ſeu banna fructuum extractionis prohibitoria ſub his nominibus loquentia: an, & quando cætera comprehendantur; in ſtatuto maximè tritici, aut frumenti extractionis prohibitorio, an ſub eo hordeum, farina, aut panis coctus veniat? Necnon aliqua in legatis, & alijs diſpoſitionibus exponuntur: quando, legatà materià, materiatum debeatur? ad hypothecam in frumento, an hæc in farinà duret? ad priuilegia prædijs frumentarijs, & agricolis conceſſa. An etiam leguminibus ſeminatis, & ea ſeminantibus competant.

****

SVMMARIVM.

1 *Proponitur huius capit. quæſtio circa differentiam verborum* Fructus, Fruges, Triticum, Frumentum, *&* ſimilia *verba.*

2 *Fructus verbum, vt genus generaliſſimum ſe habet fruges, frumentum, & alia prædicta comprehen ens.*

Fruges, frumentum, triticum, & ſimilia nomina generis ſubalterni reſpectu verbi Fructus *eſſe, dicuntur*, ibidem.

3 *Frugum nomine, quæ emolumenta, aut fructus comprehendantur?* cùm numer. ſeqq.

4 *Quid inter legumina, & verbum* Fruges?

6 *Referuntur ex bonis litteris plures aliæ* cle-

Titius, §. *Lucius Titius*, *ff. de legat. 2. l. &* *gradatim*, §. *Et ſi lege*, *ff. ad municipalem*; ſecus quoties ex parte ipſarum rerum, quia ſpirituales ſunt, in competentia, vel potius, vt in noſtro caſu, omnimoda incapacitas iudicum ſæcularium oritur.

82 Et in his terminis hanc ſententiã, & ſi noſtro Gregorio per noſtros, vel alium nõ relato, nec præfatis rationibus adductis, tenent Rebuff. *de decim. quæſt. 10. num.* 50. Arnulphus Ruzeus *in tract. de iur. Regalior. priuileg* 55. verſic. *Et eſt adeo verum*, Bleini *de benefic. lib. 1. cap. 5. num.* 24. Franc. Grimald. *in §. Decimarum, lib. 2 cap. 6. num* 50. Gregor. Lobet. *litt. D. arreſto* 60. & ibi Brodeus *in additionibus*; & ex Felin. Abb. & Oldrad. Seſſe *deciſ.* 162. *num.* 31. *tom.* 2. facit Mier. *de maiorat. part.* 1. *quæſt.* 58. *num.* 189. & cum alijs Barboſ,
83 *de poteſt. Epiſcopi, allegat.* 121. *à num.* 10. † & quod magis eſt, iſtam quoque ſententiam veriorem eſſe dicit idem Dom. Solorçan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 12. num.* 63. vbi eam communiorem, & ſecuriorem teſtatur ſe ipſum corrigens contrarium aſſerentem *in eodem loco ſupr. citato*, *lib. 3. dict. cap. 1. à num.* 51. & nouiſsimè idem tenet Dominic. Antunez de Portugal *de donat. Regia*, *part. 2. cap. 24. num. fin.* vbi pro iſta noſtra opinione reſoluit, licet breuiter, & nullo ex prædictis relato, præter Dom. Solorçan. & Valaſc. *de iur. emphyth. quæſt.* 51. *num.* 5. verſic. *Quibus accedit*, & *quæſt.* 17. *num.* 15. qui tamen in his locis nihil ad rem adducit.

Ex quibus pleniſsimè cognita manet noſtra inter beneficia, decimas, & alias res Eccleſiaſticas, & ipſarum fructus differentia, quam non ita explicatam apud vllum inuenies.

FINIS.